

PHILOSOPHIA MORALIS

Sive

ETHICA,

Ex optimis quibusq; Philosophis

PRÆCEPTA

COMMENTARIA &

QUÆSTIONES

Succinctè & dilucidè tradita &

Ventilata in Acad. Aboensi,

AUTHORE & PRÆSIDE

M. AXELIO KEMPE

Acad. Bibliothecario.

Addita est ad calcem appendicis loco Hexilogia  
eodem Authore.

August: ad Maced.

Virtus eo pluris aestimanda est, quo plura con-  
temnit.

A B O Æ

---

Impressâ à PETRO HANSONIO  
Acad. Typogr. Anno 1656.



*Illustrissimo Comiti ac Domino,*

**Dn. PETRO Brabe/**  
Comiti in Wüsingbärgh / Lib. Baro-  
ni in Caçana / Domino de Rydbo-  
holm / Lindholm / Brachelinna &  
Bogsund / Regni Sveo-Gothici Drot-  
zeto & Senatori, Reg. Parlamenti Hol-  
menfis Præsidi, Vestmanniæ, Montano-  
rum & Dalecarliæ Judici Provinci-  
ali, nec non Reg. Acad. Abo-  
ensis Cancellario Magni-  
ficentissimo.

*Domino meo Gratosissimo hunc vir-  
tutum Ethicarum fasciculum*

humilimè

*Consecro*

*Illustri-*

Illustriss: Comes, Domine  
Gratiosiss:]

**N**on e longinquo mihi conquirenda  
sunt argumenta, cur Tuæ sublimi-  
tati hunc devotionis meæ colossum erigere non dubitarim. Quocunq; n. oculos mentemq; circumfero prostant rationes, quæ id svadent imo mandant, evidentissima. Virtus quippe, cujus hic **S** natura **S** præstantia ob oculos ponitur, ut sua luce radiat. amplum sibi satis theatrum; ita Principum contubernio Hero-umq; haud parum delectatur, quorum fulta patrociniæ movet lacertos **S** ad felicitatis arcem plenis passibus grassatur. Tu Domine Excelse in eo es dignitatis fastigio: ea sunt Tuæ in Rempubl: Merita: usq; justitiæ **S** clementiæ radijs fulges, ut non immerito fidei Tuæ **S** tutelæ universa virtutis familia tutò se trade.

re possit. Curam præterea nostri geris  
singularem, quibus divinitus datus es  
ES destinatus Curator ES Cancellarius,  
quo hæc Respublica literaria nil capiat  
detrimenti. Si ergo assumptis virtu-  
tum alis ad tam Illustre sidus evolavero,  
omnemq; virtutis eborum, meis his ex-  
ercitijs insertum, humilime stitero, nihil  
fecisse arbitror, quod non ES Tibi, ceu  
summo studiorum nostrorum Censori,  
rectissimè debeat; ES mihi, cui obsequij  
gloria sufficit, ritè conveniat. Res  
deniq; ES rationes meas speciatim si des-  
puto, me minimum maximum esse Tuæ  
Excellentiæ Debitorem lubens profiteor,  
tot namq; sunt ES tanta extiterunt Tua in  
me merita, ut sublata omni spe satis faci-  
endi voluntatem solam relinquunt. Ac-  
cipe igitur, Patrone Magne, qualiscun-  
que redhostimenti loco, hoc quicquid



*est laboris humilimæ meæ subjectionis  
Et gratitudinis documentum, sereno,  
ut soles, vultu animoq; atq; Faventia  
Tuæ auram conatibus meis clementer  
adspira. Nam ut verissimè fori decus  
Plinius ait: nulli tam clarum statim  
est ingenium, ut possit emergere, ni-  
si illi materia, occasio, fautor etiam  
commendatorq; contingat,  
Deus Te porrò in nominis sui gloriam,  
Patriæ, inq; ea Academia nostræ prospe-  
ritatem; doctè piorum pieq; doctorum  
omnium Patrocinium salvum Et incolu-  
men quam diutissimè præstet. Ita voveo*

*Illustriss: T, Extiz*

*Devotiss, Cliens*

**AXELIUS KEMPE**

Acad, Biblioth;

A 3

Ad

*Ad præclarum Virum*

**D. M. AXELIUM KEMPE**

*Academiæ Regiæ Aboensis Bibliothecarium*

*maximè industrium, opusculi hujus*

*Ethici auctorem & editorem, nec non*

*ad benevolum lectorem.*

**E**Ximijs Kempji meritò te laudibus effert

Ordo Pieridum, Castalidumq; chorus.

Docta quod hæc fecisses Ethica cernere lucem.

Nec sinis obscurâ nocte jacere domi.

Mole quidem liber hic parvus, sed pondere magnus,

Magnâ magnus & est utilitate suâ.

Artis opus summæ comprehendere plurima paucis, (cet.

Auctor in hoc parvo codice multa do-

Multa docet paucis demonstrans ordine plano,

Ne teneræ menti rædia longa creet.

Macte animo Kempji claræ prodesse juventæ,

Non deerunt studijs præmia digna tuis  
Restat

Restat ut hoc capias scriptura, faciasque  
memento


Reæ & huic operi, lector amande, fave,

*Honoris & sinceri amoris cono-  
testandi ergò adposuit.*

SIMON S. KEXLERUS

Neric. Mathem P. Prof:

& p. t. Acad. Rect.



I N

DISPUTATIONES ETHICAS

*Clarissimi & Doctissimi Viri,*

DN. M. AXELII KEMPE

Academiae Aboensis Bibliothecarij, &

Facult. Philosophicæ Adjuncti

fidelissimi.

**C**onscia mens ut cuiq; sua est, ita corde subimo

*Concipit ex factis spemq; metumq; suis.*

*Nam velut istud habet vitium inter cætera da-  
mni,*

*Ut mens assiduo palpitet agra metu :*

*Sic sibi nullius virtus male conscia culpa,*

*Per mala cuncta animos ad meliora leuat.*

*Virtutis faciem depingis docte MAGISTER*

*AXELI, magnâ dexteritate tuâ,*

Quam si nosce cupis, Lector, opus inspice do-  
ctum,

Quod pretio superat fulva metalla suo.  
Hinc pete virtutes moderato pectore dignas,  
Et spera in dubijs, & pete rebus opem.  
Deniq; quicquid agis, prudenter respice finem,  
Sic vitijs vacuum corq; animumq; geres.

Honoris & amoris ergo  
apponebat.

GEORGIUS ALANUS

S. S. Theol. P. P. &

Aboëns. Pastor.



**I**ngenium Logices studium, reddit pera-  
cutum,

Contortis solvens dicta vibrata plicis:  
Dogmata sed morum tradit vitæ moderat-  
rix

Civilis, comptos efficiens homines.  
Sæpius illius praxin, Præclare Magister, |  
Monstrasti, juvenes carpere falsa do-  
cens,

Nunc



Nunc *Ethices* vigili pertractas dōgmata  
curā,

In Lucem, prælo progenerante, locas,  
Ingenij pergas plures producere foetus,  
Ut fias Patrij lausq; decusq; Soli

*L. mō,*

*occupatissimus apposuit*

NICOLAUS LAUR. Nycop.  
S. S. Theol. Prof.

---

*Clariss. spectatiss. ac Præstantissimo Viro,*  
DN. M. AXELIO A. KEMPE:  
Reg. Acad. Aboensis Bibliothecario &  
Ph. adjuncto solertissimo: Fautori, amico ac p. candi-  
diff. Lucub. *Ethicas* concisè confc: publicâ  
luce coronaturo:

**P**Allados AXELI KEMPE inconcusse Satelles;  
Extremi arctoi cara propago soli:  
Abs teneris multum est, *Ethicam* vixisse per auras,  
Delibasse cibos uberibusq; piis,  
*Quo semel est imbuta recens servabit odorem.*  
Irriguis lymphis cernuus hinc *Ethicæ*  
Invigilas; ex unguiculis his quippe lavavit  
Alma manus Matris, Te, Patris atq; probi.  
Osterbothnia, vitales ubi suscipis auras,  
In studiis *Ethicis* enthea tota cubat,  
Hinc tua vena fluit, qua congeris arte libellos;  
Post mortem gelidam, quis, redivivus ades.

A 5

Aoni

Aonii templi, calcato limina semper;  
Proficuis proli castaliæq; vige.  
Sic niveis pergas chartis ornare palæstram  
Floribus inscriptis Numina grata Deum.

*M. Axelius A. Kemp Bibliothecarius*

Per Anagr.

*Amplexus Ethica Libro: subi aciem.*

**U**Niversa cohors hominum, magnalia  
quanta,

Vix capit, arctaras pellibus exiguis.

Es *Ethica amplexus* parvo præcepta libello:

Quorum conjunctim nemo ad amusa  
sim erit.

Est opus Herculeum, præceptis consonet  
ausus:

Usq; *subi molem porro: subi q; aciem*

Fœcundi ingenij, quo, te Pallas decoravit

Pernox musarum consere quæso *acies*

*In felix omen gratulab.  
accl.*

ABRAHAM G. THAUVONIUS

Phys. ac Botan. P. ut &

Ph. p. t. Decanus.

1804

*Axis*

**A**Xis ut in medio stat concitus ipse rotarum  
Nequè suum mutat conspicuum solium,  
Percelebris noster scriptis, sic dictus ab axe,  
Oreque facundus, permanet Axelius,  
Virtutum in circo: nec flectit tramite recto,  
Se ad Levam, aut dextram: nec sinit ire alios.  
Morum doctrinam dum præscribit pretiosam,  
Quod clara egregiè sat documenta probant.

Hæc paucissima Disp. Ethicis Clarif.  
Viri, Dni. M. Axelii Kempe,  
Acad. Ab. Bibliothecarii ac Fac.  
cultatis Phil. Adjuncti Solertiss.  
Amici sui familiariss. L.M. toq;  
apposuit.

PETRUS AND. BERGIUS.

Ad

Clarissimum Virum,

Dn. M. AXELIUM A. KEMPIUM  
Acad. nostræ Bibliothecarium, ac Fac. Phil. Ad-  
junctum solertissimum. Disp. suas Ethic-  
cas divulgantem.

**I**mpressam profers prælo, doctissime  
Kempi, (am.  
Dignam magnanimo rumine materi-  
Ceu corpus comiti speciosum prævalet  
umbrae

Quæ perit æthereas nube tegente faces

Aurea sic famæ, sic prævalet aurea virtus,

Quæ manet in cunctos firma tenaxque  
dies. (optimus ? omnis

Quis canis aut generosus equus ? nonne

Optim9, haud alius, sic generos9 homo.

Nobilitat virtus, dat stemmata, præbet ho-  
nores,

Dat duraturas secula mitis opes.

L. M. q;

Aboæ scrib.

22. Jan. A.

g. 1656.

ENÉVALDUS SVEN

Gyldenhielm. Al. Eloq. P. P.

---

**E**thica das præcepta typis, Clarissime Kempî  
Quis te compositis moribus esse doces,

Ethicus es verè clariam qui sedulus artem

Divulgas, sine quâ machina tota ruet.

Nam sine Justitia nescit consistere mundus;

Hæc alias omnes continet in gremio.

Quid jûvat Aonidû lustrâsse fideliter agros?

Si morum cultrix Ethica defuerit.

Quid moralia Aristotelis voluisse per amplâ?

Si non virtutum cultus & usus adest.

Hæc conjuncta doces præles doctissime Kempî

Exemplar morum discipulisq; clues.

Premia



Præmia sic tandem venient moderante Jeho-  
va

Gloria nam nunquam serò venire solet.

Tempore sed certo veniet sua Gloria cuiq̃

Virtutem semper gloria honosq̃: manet

Hicce Clarissimo Dn. authori, Acad. nostræ  
Bibliothecario, Fautori & amico hos  
norando L. m̃q; gratulari voluit.

ERICUS JUSTANDER

*Ad Clariss. Dn. Authorem!*

**I**N speculando Bonum Summum cum turba  
Sophorum (ijc:

Deposuit quondam mente polosq̃: ad-  
Squaluit ecce Solon! De coelo γῶτῆ σεαυτὸν

Descendens spretum est, quod reda-  
mâre Dij! (dice Pythiô

Maximus ergò sophûm Grandævus, ju-  
Risit, & ore dedit talia Socratico:

Quid juvat Altisophos blanda modulami-  
na lingua

Fingere, quid Latijs reddere Graja sonis?  
Quid juvat & logica trahere arma recipro-  
ca ferræ,

Atq̃: adijta arcana mente subire Dea? (ras

Quidvè Mathematica curvas planasq̃: figu-  
Volvere, & Uranios visere mente polos

Quid juvat *Ens, Unum, Verumq; Bonumq;* te  
nere (um.?

*Abs simul objectum ter trahere arte sua*  
Illa *θεωρησις* pulchra est, *constantiaq;* illa (ris  
Jucunda, Altisophis res bene digna Vi-  
Sed si *vitam* Hominum cernas, dic esse *bea-*  
*tam* (cris.

Quam *Virtus* digitis perpolit alma *fas*  
Hæc homines decorat, hæc hæc modo  
*digna sophia*

*Nomine*, nos potis est quæ *similare* *Dijis*,  
*Semideus pius ac probus* est *virtutis* amator,  
Alta sapit *Sophiæ* qui tenet hancce *piæ*;  
*Praxis* erit si *virtus* erit *Vereq;* *Beatum*

Sic aderit *Summum*; meta peralta *Virum!*  
Dixit, subticuit: *Nec* enim *suspēdere* *vinō*  
*Moris* erat *sertum*; *sol* sine *sole* *lucet*.  
*Talia* tu quoq; *musarum* *præclare* *magister*  
*Monstras*, quæ *juvenum* *sunt* *decus*  
*atq;* *senum*.

Scilicet *instillas* *Civilis* *dogmata* *vita* (mul  
*Optima*, *das* *finem* *nunc* *media* *apta* *si-*  
*Gratulor* *huic* *operi* *auspiciū* *quod* *Te* *Du-*  
*ce* *feci*,

Sucessisse bonum, grator & exodium

Perge

Perge pari pacto plures producere fructus  
Perge philosophicos, præmia pulchra  
feres! manebit

*Dona DEUS CAROLUSq; dabunt, Nomenq;*

*Donèc erunt vates carmina donec erunt.*

*Stante pede atq; in ipso itinere  
procinctu scrib.*

*αυτοσχεδιασι*

M. J. Forstenius.

---

**A**D vitam nobis est quæ quærenda, beatam  
Arduus est aditus, difficilisq; via.

Hic quot latrones sunt quotq; nocentia monstra;

Innumerus numerus Nonne teneuda via?

Monstrat iter verum, clarissimus ille Magister

Axelius nostri portio nota chori.

Quæ facienda docet, facito, atq; cavenda, caveto,

Quisquis es, hoc facto currito, tutus eris.

Ducntem sic ille ducum Dux, ipse JEHOVA

Dux bone, promoveat te studiumq; tuum.

*L. mq; facieb.*

ERICUS LUCANDER.

---

**O**Re Dei fuerat celebris prudentia  
quondam,

Socratis, huncq; senem Græcia tota  
canit.

Scilis

Scilicet ingenio penetrarunt multa prio-  
res:

Virtutis studio floruit ille magis.

Qui sine culturâ morum subtilia discit,

Nil agit & tricis fallitur ille suis.

Ergô tibi meritas *Kempi* clarissime laudes

Posteritas solvet, castalidumq; chorus:

Ethica qui celebri vulgâs præcepta labore

Et controversas discutis arte strophas.

Quicquid Aristoteles libris dispersa reli-

quit.

( tenet;

Pluribus, & quæ nunc Ethica scripta

Hic brevibus titulis mens ingeniosa re-

solvit:

( tibi.

Curtum opus est, major gloria & inde

Vive igitur patriæ in laudem lectissime

civis:

Hæc monumenta manent donec & i-

psè polus,

*Officiose & peramicè*

*gratulab:*

**Mart. Miltopœus.**

o(s)

o